 ā quo uendit. aut de qua pago ē t ubi manet  
 aut quis est eius senior;

**v.** **D**e aduenticiis. ut cū missi nr̄i ad placitū  
 nr̄m uenerint habeant obstricte questū  
 quantū aduenticiū s̄ in illoꝝ missatico.  
 & de quo pagos & nomina eoz. & qui sūt  
 eoz seniores. similiter dixerim missos in  
 aquitania & langobardia. ut om̄s fugi  
 tuos & aduenticios ad nr̄m placitum  
 adducant. qui cumq; ista capitula habet.  
 ad alios missos extranmittat. qui n̄ habent

Aquitania  
 Langobardia

In nulla &clusatio de ignorantia fit & hoc  
Natalis dei missis nisi ante natiuitate dñi omnibus

**V** cognita fuerint;

**I**n primis omnium iudicium est ut habeant  
ecclesiarum iustitias tam in uita illorum qui  
habitant in <sup>ipsis</sup> ecclesiis quam in pecuniis &  
substantiis eorum;

**Est** ut omnes episcopi potestati sancte regulam cano-  
nicam doceant & regant eorum ministeria.

tam in monasteriis uirorum quam in puel-

**larum** in forensis partibus seu reliquo populo dei;

**V**t uidue orfani & minores potentes sub dei de-  
fensione & nostro munde burdo pacem

**habeant** & eorum iustitia;

**Ut** episcopi cum comitibus; stent & comites cum episcopis  
ut uterque pleniter suum ministerium pagere

**possint**;

**V**t latrones & homicidia seu adulteri uel

incestuosi sub magna districtione &  
 correctione si non correpti scilicet eorum uau,  
 uanorum uelle;

**D**ereb; p pressis ut antemissos & comi  
 tes & iudices nros ueniant & sibi accipi  
 ant finitiua sententia. & in antea nul  
 lus psumat alterius reb; p pindere.  
 nisi magis suam <sup>causa</sup> querat ad iudices

Missi caroli

**XI** nros u dixerim & sibi recipiant qd iustum e;

**V**t si aliquis uoluerit dicere qd iuste ei i  
 iudicetur. tunc in p sentia nra ueniant.  
 Alio uero n psumat in p sentia nra uenire  
 p alterius iusticia dilatandu;

**XII** Quod n amplius de illis iustis missi nri  
 ad p sens modofaciant. nisi de temporib;  
 tassilonisse uel ut p iuge excepto illis qui  
 ad fidem aui & genitorum nri tad nos ueniant.

Tassilo  
LiutpyrgeLiutpyrge  
Liutpyrge

**XIII** Vt marca nra scilicet qd ordinatu t scaritum

Lex salica

habem' custodiaꝝ una cū missis n̄ris;  
**CAP. QUAE IN LEXE SALICA MITTENDAS,**

**I** De homicidio clericorum. qui subdiaconem  
 occiderit. ccc. sot conp. qui diaconem. cccc.  
 qui presbiterum. dc. qui episcopum. deccc. qui monachum.  
 cccc. sot culpabilis iudicetur.

**II** Si in emunitate damnū aliquot fecerit.  
 de sot conp. si autem homo furtū aut homicidium  
 aut quodlibet crimē foris committens  
 infra emunitate fugerit. mandet comes  
 tēpo. tabbato. uel uice domino. t qui  
 cumq; locū episcopi. aut abbatis tenuerit  
 et reddat eum. si ille contradixerit  
 & eū reddere noluerit. In prima contra  
 dictione. xv sot componere iudicetur.  
 si ad secundam inquisitionē eū reddere  
 noluerit. xxx sot conp iudicetur. si nec ad  
 testiam consentire noluerit. quicquid res

damni fecerat. totū ille qui eū in fra  
 emunitatē rēlinx̄ nec eū reddere uult  
 soluere cogat. At ipse comis ueniens licen  
 tiā habeat ipsū hominē in fra emunitate  
 querendi. ubi cūq; eū inuenire potuerit;  
 Si autē statim in prima inquisitione comiti  
 responsū fuerit. qđ reus in fra emunitate  
 quidem fuisse sed fugalapsus. statim iurē  
 qđ ipse eū ad iustitiā cui libē disfaciendam  
 fugire n̄ fecisset & sit ei in hoc satisfactū.  
 si autē intra di in ipsā emunitatē comiti  
 collecti manu quis libē resistere tēpta uerit.  
 comis hoc ad regē t ad principē deferat.  
 ibiq; iudicetur. U sic ille qui in emunitate  
 damnū fecit. de sot componere debuit. ita  
 qui comiti collecta manu resistere p̄sūp  
 serit. de sot culpabilis iudicetur;

¶

Si q̄ ad ecclesiam confugium fecerit in atriō

ipsius ecclae pacem habeat. Ne sit ei necesse  
 & eccliam ingredi. & nullus eum inde puim  
 abstrahere presumat. sed liceat ei Confiteri  
 qd fecit. & inde pman bonoꝝ hominum  
 ad discussionem in publico pducatur;

¶

**S**i q̄ hominē in iudicio iniuste contra aliū  
 alō cantē adiuuare p malū ingenium p  
 sūpserit. atq; in decorā iudicib; t comite

¶

fuerit negare non potuit xv. sot con p iudic,

**S**i q̄ delib tatesua fuerit int̄pellatus & timens  
 ne in seruitū cadat aliquē de p̄p̄nquis  
 suis p quem se in seruitū casurū timet  
 occiderit. idē. patrē. matrem. patruele.  
 auunculū. t quelib; huiusmodi p̄p̄nquitat̄  
 psonā ipse qui hoc p̄p̄trauerat moriat.  
 agnatio ei. & consanguinitas in seruitū  
 cadat. & si negauerit se illū occisisse ad  
 nouē uomerē ignitor iudicio di exami

Ignitor Vomer

**vi** nandus accedat;

**Q**uieres suas p[er] animasua ad casã di tradere  
uoluerit. domi traditionẽ faciat corã  
testib; legitimis. & quae alteri in hoste  
factes traditiones de quib; nulla ẽ questio.  
stabile p[er] maneat; Si u[er]o aliquis. alieres  
suas tradiderit. & in hoste p[er]fectus fuerit.  
& ille cuieres tradite sua interim mostuus  
fuerit. quieres suas tradidit cũ reuersus  
fuerit adhibitis testi bus corã quib;  
traditio facta ẽ res suas recipiat.  
si autẽ & ipse mostuus fue rit. heredes ei  
legitimi res traditas recipiant;

**vii** Si q[ui] p[er] castã ingenuitatis a domino suo legi  
time libertate ẽ consequutus lib[er] permanet.  
si uero aliquis eũ iniuste  
in seruire tẽptauit. rit.  
& ille castã ingenu itatis

suae ostenderit. & aduersariū se in seruire  
 uelle conprobauerit. ille qui hoc temptauit  
 multā que in castā discripta ē soluere co-  
 gat. si uero casta n̄ paruerit sed iam ab  
 alio qui eū in seruire uoluerit. dis facta ē

100. d. reg. 100.

uue dregildū ei componat. Duae paster  
 illi que in seruire uoluerit. testiā regi &  
**VIII.** ille iterū p̄ceptū regis suā libertate c̄quirat.

**L**ib qui se loco uuadi in alterius potestate  
 cōmiserit. ibi q; Constitutus fuerit.

damnū ali quod cui lib & fecerit

qui eū in loco uuadi suscepit. aut

damnū soluat. aut hominē in mallo pro-

ductū dimittat. p̄dens simul debitū p̄

q̄d eū in uuadio suscepit. & qui damnū

fecit.

dimissus iuxta

qua

libertate regi cogat

em

dare. si uero libera



feminā habuerit usq; dū in pignus ex

**viii** titerit & filios habuerint libes pmanehit.

**O**mnia debita quae ad partē regis solui  
debent solidos xii denariorū soluant.

excepto freda quae in lege salica con  
scripta ē illa eodē solido quae cōdere

conportiones solui debent componat;

**x** Si q̄ causā iudicatā rep̄dere in mallo p̄  
sumpserit ibiq; testib; conuictus fue  
rit. aut xv solt conp. aut xv. ultos ab

scabinis qui causā prius iudicauer accipit.

**xi** **O**ptimi quisq; in pago t̄ ciuitate in testi  
moniū adsumant. & cuius contra  
quē testimoniari debent. nullum

crimen possit indicare;

**xii** **D**e causis admonendis. de ecclesiis  
s̄n dandis. & ubi in unū locū plures  
sunt quā necesse sit ut destruantur

134

quae necessitas ut destruantur quae ences

XIII

saria non s̄. & aliae conseruant.

**P**rb̄i non ordinentur priusquā examinentur

XIII

& ut ex cōmunicatio passi & sine causa n̄ fit;

**V**t missi n̄ri scabinos. ad uocatos. Nota  
rios. p̄ singula loca eligant. & eorum  
nomina quando reuersi fuerint secū  
scripta deferant;

XV

**D**e his qui legē seruare contēpserint

ut p̄ fidei iussos in p̄sentia regis deducant;

XVI

**V**t illi qui haribannū soluere debent con  
iactū faciant ad haribannitorem;

XVII

**D**efugitiuis ac peregrinis idistringant

id scire possim̄ q̄ sint aut unde uenerint;

XVIII

**D**e pauga & brunnias, non dentur negotia  
toribus;

XVIII

**D**e mensuris. ut secundū iussionē  
nostram aequales fiant;

Mensurę cgl̄is

xx

**V**t non mittantur testimonia super uesti-

xxi

turam domini pippini regis;

Pipi

xxii

**U**t nec colonus nec fiscalis possit alicubi

xxiii

traditiones facere;

**V**t nullus presumat hominem in iudicium

xxiiii

mittere sine causa. nisi iudicatum fiat;

xxv

**U**tlib homo qui in monasterio regulari

comam deposuerit & res suas ibidem de-

xxvi

legauerit. promissionem factam firmam habeat;

xxvii

**V**t omnia quae uadiari debent iuxta quod

in lege continetur. pleniter secundum ipsam legem

reuadiata fiant. & prout domini rex

et cui causa est. iuxta quod ei placuerit

xxviii

miserencordiam faciat;

xxix

**D**e episcopis. abbatibus. Comitibus. qui ad pla-

xxx

citum nostrum non uenerunt;

xxxi

**V**t nullus ebrius suam causam in mallo possit

conquirere. nec testimonium dicere

**xxxvii** Nō de placitū comitū habeat nisi ieiunij;

**xxxviii** Vt nemini liceat aliū cogere ad bibendū;

**xxxviiii** De missis nr̄is discurrentib; t̄ ceteris ho-  
minib; in utilitate nr̄a it̄ agentibus

**xxxix** Vt nullus mansionē c̄tradice se p̄sumat;

**xl** Decanib; qui in dextro armo t̄onisi sūt.  
ut homo qui eū habuerit cū ipso cane  
in p̄sentia regis ueniat;

**xli** Vt p̄pter in̄rogat̄ur decapitulij quae in  
lege nō ut̄ additas. & p̄ quā om̄s consen-  
serint subscriptiones & manu firma-  
tiones suas in ipsis capitulis faciant;

**xlii** Vt nullus ad placitū banniat̄. nisi qui  
causā suā querit. Aut si alteri querere  
debet̄. exceptis scabinijs vii. qui ad  
om̄a placita p̄ esse debent;

**xliiii** De falsis testibus ut non recipiant̄;

**xliiiii** Vt nullus p̄sumat p̄uicā regis & fili

**XXXV** orum eius iurare;

**V**tmiffinri quiam breues d&ulerunt

de ad nuntiatione. uolum' ut adhuc ad

**XXXVI** ducant de opere;

**Q**uantam moram faciant in uno quoq;

**XXXVII** loco & qd homines secū habeant;

**D**e prudentia & constantia missorum;

**XXXVIII** **D**e falsis monedariis requirendū est;

**XXXIX** **D**e illis saxonib; qui uxores non habent;

**XL** **D**e signatis qui mentiendo uadunt;

Si

**I**N QUOT PRIMAS PARTES LEGIS  
DIVINAE SCIENTIA DIVIDITUR,

**¶** In duas. quarum una ad ipsam speciem  
dictionis propriae pertinet. aliam  
rebus est. quas ipsa scriptura nos

Sii

edocet; **Δ** Quae pertinent ad superficiem  
scripturarum. **¶** Ad ipsam superficiem dictionis  
propriae pertinentia sunt quinque;

**Δ** Quae **¶** Species dictionis. auctoritas.  
conscriptor. modus. ordo;

**Δ** Species dictionis quot sunt. **¶** Quatuor.  
nam aut historia. aut propheta.  
aut proverbialis. aut simpliciter

Siii

docens; **DE HISTORIA.**

**Δ** Historia quid est. **¶** Praeteritarum  
rerum presentiumve narratio; **Δ** In quibus  
libris divina continet historia. **¶**

In xvii. geneseos. i. exodus. i. leuitici. i.

numerorum. i. Deuteronomii. i. Jesu  
naue. i. Iudicium. i. Ruth. i. Regum sanctos  
iii. sanctos hebreos. ii. Evangeliorum. iiii. sanctos  
matheum. sanctum marcum. sanctum lucam. sanctum iohannem.

Actuum apostolorum. i. **Δ** Nulli alii libri ad  
diuinam hystoriam pertinent; **✠** Adiun  
gunt plures. paralipomenon. ii. Job. i.  
Ezrae. i. Judith. i. Hester. i. Machabeorum. ii.

**Δ** Quare hi libri non sunt canonicas scrip  
turas curant. **✠** Quoniam apud hebreos quoque  
supra differentia recipiebantur. sic hiero  
nimum ceterique testantur; **Δ** Nulla in his  
libris alia species inuenitur; **✠** Accedunt  
ceterae sed non principaliter quae & si persone  
a quibus dictas primam secundam ceteras  
species locute. tam ab eo qui librum  
scripsit ut hystorias relate sic benedicti  
ones iacob patriarchae. ab ipso quidem

ut prophetae dicuntur. sicut moyses qui  
 refert ordine narrat historico. & cum  
 ipse moyses dicit. In principio factum est  
 caelum & terram; Prophetae quidem  
 dicitur spiritu. sed specie narrat historica.  
 simplicitate & puerbially nonnumquam  
 sonat historia. ut est. ambulans  
 ambulauerunt ligna unguere super segete;  
 Aliquando simplicitate docet. ut est. audi  
 israe dominus deus tuus. dominus unus est; Omnia ut  
 dixi specie contexuntur historica;

**Δ** Quid historia speciebus; ceteris praestat?

**☩** Quod ipsa ceteris subiacent ipsa nulli;

**Δ** Quid ille commune cum ceteris; **☩** Habet  
 commune cum simplici doctrina quod utraque  
 superficie plane uidentur cum sint plerumque  
 intellectu difficiles. nam alia contra;

de prophetia

**DE PROPHETIA.**



**Q**uid est prophētia; **¶** Rerū laten-  
 tium p̄teritarū aut p̄sentīū. aut  
 futurarū ex diuina inspiratione mani-  
 festatio; **Δ** Da in p̄teritis prophētia.  
**¶** Verbo dñi caeli firmati s̄. & spū oris eius  
 omnis iustus eorū. & qm̄ ipse dixit & facta s̄.  
 ipse mandauit & creata s̄. & in principio  
 fecit d̄s caelū & t̄ram; **Δ** Da in p̄sentib;  
 cognitionē futuri facti; **¶** Jezi pro-  
 phētia in p̄sentē uidit. & ananiae ac  
 saphire p̄tr̄ ap̄tr̄; **Δ** Da in futuris;  
**¶** Ecce uirgo concipiet in utero & pariet  
 filiū. & uocabit̄ nom̄ ei emmanuel;  
**Δ** Quare in dif- finitione positū ē  
 latentīū; **¶** Quia si quis  
 iā cognita dicat licet futura si. tam  
 prophētia non ē. sic nos cū resurrectionē  
 praedicam̄ prophētie non sumus;

Si uero cuiuscumque temporis latentia  
 manifestat. Tunc prophetae sciam  
 ostendim; **Δ** Proba hoc; **✠** Apostoly  
 testimonia in epistola ad corinthos  
 ait. Si conuenerit uniuersa ecclesia  
 in unum & linguis loquantur omnes. Inter  
 autem idiotae non edicent quae in sanctis.  
 si autem omnes propharent. Inter autem infi  
 delis autem idiota. Cum uincit ab om  
 nibus; interrogat ab omnibus. occulta  
 autem cordis eius manifesta erunt. & tunc  
 cadens in faciem adorabit dominum ad  
 nuntians quod manifeste dominus in uobis est.  
 & apte prophetae uim in ocul  
 toz manifestati ei dolore signa  
 uit sed & sequentia in eadem eptam  
 & ceteris multis talia; **Δ** Quare addi  
 dim ex diuina inspiratione;

**¶** Quia illi qui aut daemonū instinc-  
 tum aut alius modis latentia dicunt  
 licet propheta dici possint in diui-  
 narū scripturarum n̄ numerant  
 auctores; **Δ** In quib; libris prophe-  
 tia suscipit; **¶** In xviii psalmoz. cl.  
 liber. unus; Osee liber unus; Esaiæ  
 lib. i; Iohel lib. i; Amos lib. i; Abdia  
 lib. i; Jonæ lib. i; Michæ lib. i; Naum  
 lib. i; Soffonie lib. i; Abbacuc. lib. i;  
 Hieremias. lib. i; Ezechiel. lib. i; Da-  
 niel. lib. i; Aggei. lib. i; Zacharie.  
 lib. i; Malachias. lib. i; Ceterorū  
 deiorū apocalipsin apud orientales  
 admodū dubitat; **Δ** Nulla in his li-  
 bris alia species inuenit; **¶** Acce-  
 dunt cetera sed non principaliter  
 nisi ad probationē prophetiæ sic

In esaiā achaz. ezēchiae regū uelut  
 quaedam refertur historia sed  
 prophētia inuentio est non ges  
 tam contexere sed p̄ dictōy exitū  
 comprobare; Et in hieremia cū dic̄.  
 terra t̄ra audi uerbū dñi. terra p̄  
 uerbialit̄ habitantes in ea homines  
 nuncupat. & cū esaias dic̄. non tale  
 ieiunium elegi dic̄ dñs. sed solue  
 omne modū iniquitatis. & cetera.  
 uelut simplicit̄ docet. sed prophētico  
 sp̄s iussus habet p̄ dicat; **Δ** Quid h̄t  
 prophētia cōmune cū ceteris; **ꝛc** Ha  
 bet cōmune cū puerbiis q̄d utraq; sup  
 ficie difficilia s̄. sed pleraq; intellectu  
 n̄ ardua. **DE PROUERBIALIS.**  
**Δ** Quid puerbialis species; **ꝛc** Quaedā  
 figurata locutio. aliud sonans.

aliud sentiens. & in p̄sente ammonens  
tempore; **Δ** In quib; haec libris  
accipit; **ꝛ** Induob; salomonis pro  
uerbiorum lib. i. & iesu filii sirac. lib. i.

**Δ** Nullus alius lib huic speciei subditur;

**ꝛ** Adiungunt quaedā librorū qui uoca  
ntur sapientia & cantica canticorū;

**Δ** Accedunt in his libris alia species;

**ꝛ** Sola simplex doctrina accedit si  
non principalit̄. nisi ad explanatio  
nem t̄ cōm̄dationē puerbioꝝ ut est  
iniciū sapientiae timor dñi; **Δ** Quid  
prouerbiis cōmune cū & eris; **ꝛ** Hab  
cū p̄ph̄sia cōmune q̄d sup̄ficie diffi  
cilis uidetur. cū intellectu plerūq;  
non sit; **Δ** Quid hab puerbialis  
species propriū; **ꝛ** Quid et neq;  
historia neq; proph̄sia miscen  
tur

& sola ē. q̄ ita intellegit̄ ut quodā modo  
 uerboꝝ sufficiēs auferat̄; **Δ** Quare  
 in hac tantū licitum nob̄ ē non textū  
 scripturę ipsius cōsiderare sed sensum  
 cū in ceteris trib; ita allegorie mysticę  
 admistim⁹ In narrationis fidē p̄sen  
 tare necesse sit; **ꝛ** Quia si uoluerim⁹  
 p̄ter puerbialē speciē ubiq; allegoriā  
 sic recipere ut narrationis ueritas in  
 firmetur locū dam⁹ in im⁹ q̄s putuolu  
 mō erunt diuinos libros int̄p̄tari; **Δ** q̄t  
 modis diuina lege allegoria cognoscit̄;  
**ꝛ** Quattuor; aut sc̄a translationē uel  
 m̄laforam. Iē. iratus ē dñs & discen  
 dit & similia quae ad insinuandas  
 causas ex humanis motib; trans  
 ferunt̄ ad dñm. aut sc̄a imagina  
 tionē t̄ typo passim. ut ē. in euan

gelo. homo quidam descendebat ab  
 hierusat in hiericho. & rursus para  
 bala uinea atq; agricoloz; Ordo  
 eni quae gerebant a xpo uelut ima  
 gine psonae & negotia alterius refertur  
 implorur. aut scilicet comparatione sim  
 litudinē sic dic; Simile ē regnū cae  
 loz grano sinapis. & cetera; Non enī  
 narratio sic in superiore exemplo con  
 textit sed causarū solū modo comparat  
 effectus aut scilicet puerbiale modo ut est  
 bibe aquā de uis uasis & deciste natua  
 & de uis puteis conuellit scriptura  
 monere carnalē concupiscentiā in  
 tra liquentia coniugii refrenandū;

**¶ VI DE SIMPLICI DOCTRINA**

**Q**uae ē simplex doctrina; De Quae de  
 fide aut de morib; in p̄senti tēporis

simplicit̃ edocem̃r; **Δ** Quare hoc nom̃  
 accepit; **ꝛ** Quia omnis quidem scrip  
 turæ aliquid docet. sed sub aliis speciebus;  
 quas sup̃ dixim' agit; Nam aut̃ neq; histo  
 riæ text̃ neq; p̃ph&ia neq; puerbialit̃  
 loquit̃. sed tantū modo simplicit̃ docet;

**Δ** Quilibet ad simplice doctrinā p̃tinet;

**ꝛ** Canonici. xvii. id est ecclesiastes lib. i.

& septa beati pauli apti ad romanos. i.

ad corinthios. ii. ad galatas. i. ad effesios. i.

ad philipenses. i. ad coloseñs. i. ad tesa  
 lonicēns̃. ii. ad timotheū. ii. ad titū. i.

ad philimonē. i. ad hebreos. i. Beati

p&ri ad gentes. i. & beati ioh̃. i. **Δ** Nulli

alio libri ad simplicem doctrinā p̃ti

nent; **ꝛ** Ad iungunt quam plurim̃

quinq; alias quæ aptoꝝ canonice

nuncupant̃. id ē iacobi. i. p̃tri. ii. iudae.

id ē iacobi. i. p̃tri. ii. iudae.



lohi duas; **Δ** Nulla in his libris alia  
 species inuenitur. **✠** Accedunt ceterae.  
 sed n̄ principalit̄ nisi ad pbationem  
 doctriḡ. nā cum dic̄ apt̄. & dū uenis  
 sem troadae in euglo xp̄i. ostiū mihi  
 aptum ē. & ubi p̄ro dr̄ in faciem re  
 stitisse uelut historiā uidē & texere.  
 rursus cū dic̄. Ec̄mysteriū uob̄ dico.  
 om̄s quidem resurgim̄. sed non om̄s  
 immutabim̄r. p̄ ph̄ & op̄ ad greditur.  
 Item cū ait; Cr̄denses semp̄ mendaces  
 male bestiae uentris pigri. puerbi  
 alib; utit̄ uerbis. om̄a tam̄ ad doctri  
 na pbationē <sup>ut</sup> idixim̄ in serunt̄;

**Δ** Quid cōmune cū ceteris speciebus; sim  
 plex doctrina habet; **✠** Habet cū histo  
 ria cōmune qđ utraq; sup̄ficie faciles  
 uident̄. cū sit̄ inspectione aut intel

l&tu plerumq; difficilis; TURARU.

Lvii

CAP DE AUCTORITATE SCRIP

**Δ** Quomodo diuinoꝝ libroꝝ quaratione  
 cognoscim; **ꝛ** Quia quaedā  
 pfecte auctoritatis s̄; quaedā media  
 quaedā nulla; **Δ** Quae s̄ pfecte auc  
 toritatis; **ꝛ** Quae canonicē in sin  
 gulis speciebus absolute numera  
 uim; **Δ** Quae mediae. **ꝛ** Quae ad  
 iungi a plurimis dixim; **Δ** Quae  
 nullius auctoritatis s̄; **ꝛ** Reliqua om̄a;  
**Δ** In omnib; dictionibus haec differen  
 tia inueniunt; **ꝛ** In historia & sim  
 plici doctrina om̄s namq; in pph&ia  
 mediae auctoritatis libri p̄t̄ apo  
 calypsin repperiunt. Ne in puerbiali  
 specie omnino quassata; **DESCRIP  
 TORIBUS DIUINORU LIBROꝝ.**

**S**criptores diuinoꝝ libroꝝ quorundam  
 cognoscuntur; **T**rib; modis; aut ex  
 titulis & p̄em̄is. Aut propheticos libros  
 & apti epistolas. aut titulis tantum.  
 ut  
 uel euangelistas. aut ex traditione  
 uel uerū. ut moyses tradit̄ scripsisse. q̄  
 primos libros historiae cū nondic̄  
 hoc titulus. n̄ & ipse refest; Dix̄ dñs  
 ad me sed quasi de alio. Dix̄ dñs  
 ad moysen. si milit̄ & iesunaue  
 lib̄ ab eo quonun cupat̄ traditis  
 scriptus & primū regū librū samuhel  
 scripsisse phib̄tur. sciendū preter  
 ea qđ quorundā libroꝝ penitus igno  
 rant̄ auctores. uel iudicū & ruth. &  
 regnū. iiii. ultimi. & cetera similia qđ  
 ideo credendū ē diuinitus dispensat̄.  
 ut  
 uel alii quoq; diuini lib̄ n̄ auctoꝝ merito

sed scī spī gratia tantū culm̄ aucto-  
ritatis obtēnuisse noscant; DEMO

**LVIII** DIS DIUINARUM SCRIPTURARUM

**Δ** Modi diuinę scripturę quot sunt;

**ꝫ** Duo; nā aut m&ris hebraicis in sua  
lingua conscribunt̄. aut ratione sim-

**ꝫ** plici; **Δ** Quot s̄ m&ris conscripta;

**ꝫ** Ut psalmi & iob historie & ecclesiaster  
& in pph&is quedā

ratione conscri

ptas; **ꝫ** Reliqua

om̄a; **Δ** Quę apud nos is dē m&ris

**LV** conscripta non s̄; **ꝫ** Quia nulla dic-  
tio m&ru in alia lingua c̄seruat suum  
uerboꝝ ordinēq; n̄ mutat;

**Δ** Quid est

ordo diuinoꝝ uoluminū; **ꝫ** Quia que

dam <sup>sunt</sup> u&ori testam̄ti. quedā noui;

**Δ** Quę ad nouū testam̄tū p̄tinent;

**ꝫ** Euan gelista d̄ sup dictū ē. iiii. ap̄os

tolicae epistole & altus; **Δ** Quae  
 ad uetus testamtu p̄tinent; **ꝫ** Reli  
 qua om̄a; **Δ** Quae testamti ueteris  
 noui quae sunt p̄pria; **ꝫ** Ueteris  
 intentio ē nouū figuris renuntiati  
 onib; quae monstrare. noui aut̄ ad  
 aet̄nae beatitudinis glo riam  
 humanas m̄tes accendere; **DE HIS**

**ꝫ** **QUAE AD SUPERFICIEM P̄TINEBANT.**

**Δ** Qm̄ satis dictum de his quae ad ipsā  
 scripturā superficiē p̄priae  
 p̄tinebant ei. nunc requiro quae  
 quae ipsā scrip turā nos edocet.

**ꝫ** Tria quaedam. nā aut de dō loquit̄.  
 aut de p̄senti sc̄to aut de futuro;

**ꝫ** **DESIGNIFICATIONIB; DEDŌ.**

**Δ** Quod significationib; de dō scriptura  
 loquit̄; **ꝫ** Quattuor; aut enī essen-

tiā eī significat quae latine & sub  
 stantiā nuncupam'. <sup>ut</sup> Uest. Ego sum  
 quisū. aut psonas t scā greco sub sis  
 tentias; Uest. docete omīs gentes  
 baptizantes eos in nomne patris &  
 filii & sps scī. aut operationē ut scrip  
 tum ē. scā operationē potentiae  
 uisutis eī quā operatus ē in xpō. sus  
 citans eum a mortuis. & sedere faciens  
 ad dexterā suā. aut collationē eī ad  
 creaturas. <sup>ut</sup> Uest. Regi autē scōrum im  
 mortali incorrupto inuisibili. soli  
 dō honor & glo. ria in scā scōrum

**Lxxij. DESIGNIFICATIONIB; DIUINAE**

**Q** uotmodis diuina **ESSENTIAE.**  
 significat essentia; **☩** Duob; prin  
 cipaliter & consequent; **Δ** Principa  
 liter quib; uerbis; **☩** Octo; dr̄ enim.

aut d̄s. aut dñs. aut simul dñs d̄s. aut  
 adonai. aut sabaoth. aut heli. aut heloim  
 aut est; **Δ** Nihil aliud quā dō haec uer-  
 ba significant; **ꝫ** Quotantū nonnumq̄  
 & de aliis abusive dominat̄ d̄s & dñs. ter-  
 tante paulo. quia d̄i multi. & dñi multi.  
 & di estis & filii excelsi om̄s; Reliqua  
 ū sex num quā nisi dō dñs;

**Δ** Quid dō haec uerba significant;

**ꝫ** Non quid est. sed q̄ est. quid enī sit d̄s nō  
 conphendi non potest; **Δ** Quib; modis  
 d̄s consequent̄ significat; **ꝫ** Cū p̄sonas  
 aut operationē aut collationē ei ad  
 creaturas exponit. nā & cū nominat  
 patre licet primū auditus generantem  
 significet consequent̄. Tam̄ intellegi-  
 mus d̄m. similiter & quando nominat  
 filium t̄ sp̄m sc̄m. & cū dicit om̄ps. licet

operationē ei prim' sesmo denuntiā  
 Consequent. tam Intellegim' dñm. &  
 Cum dic' inuisibilem licet eū qui uides  
 a mostalib; neq; ad principalit' sonā  
 & ex collatione nra id qđ non sum. ei  
 quinos fec' ad signā. Consequenter tñ  
 Intellegimus dñm; **DESIGNIFICATI**

LXIII

**A** Quotmodis psonas siue **ONIB; TRINITA**  
 substantias diuinitatis scriptura sig  
 nificat; **¶** Similit' duob; principalit'  
 & consequent; Principalit' u' cū pat' fi  
 lius sp' s'c' consequent' p ea quib; signi  
 ficat' essentia aut operatio aut ad crea  
 turas collatio. nā & cū dico d' qđ ad  
 essentiā. & cū dico om'p's qđ ad opera  
 tionē p'tinē. & cū dico immutabilis qđ  
 & ex collatione ad creaturas d'r. licet aliud  
 prim' auditus sentiat. tam patre &



filium & spm scm t simul uel singulos

xv Consequenter dm Intellego; **Designatio** e patib.

**Q**uot modis pat significat; **De** patris **ne** patris;

nomine unā psonā Intellegis. sed non uno modo. ad filiū enī propriae dr.

ad creaturā cōmunitibi naturae ueritae hic gratiae bonitate; **H**oc unomodo pat significat;

**P**rin cipalit hoc nā consequentē & ex his quae essentia deitatis aut operationē aut collatio

nē ad creaturas. quolib& modo. in sup & ex filij uocabulo consequentē Intellegit pat. & sci sps nomine

ipse scilic& pat Cuius ē sps sub Intel legit; **I**n ipsa trinitate nulla alia

psona uocabulū patris ad scribitur; **L**egit de filio dictū pat futuri scilicet

sed hoc scd carne dictum ē & n̄ proprie

sed significatiue ostenderet ipsi  
causa & genitor beatitudinis nrae;  
Qui per carnis resurrectionis humana  
naturam futuram uitam & sperare

Incipit & sumere; **Q̄T̄M̄OD̄S̄IGNIFICAT̄.**

**Q**uot modis loquitur scriptura de filio;  
**SC** Quinq; nam uelut sola nomen  
qd deditur ei significat & consequent  
intellegit carnis adsumptio. ut est.  
unigenitus filius qui est in sinu pa  
tris. Nunq; u' solus homo ab eo sus  
ceptus & deditur consequent. ut est.

Nouissime loquitur e nob in filio  
nonnumquam simul utrumq; ut e  
hoc. sentite in uob qe & in xpo ihu  
qui cum in forma di ee n' rapinam  
arbitratus e esse se aequalē dō. sed  
sem&ipsum exinanuit formā serui

accipiens. nonnumquam & ad corpus  
 uidentur dicta quae ad deitatem principaliter referenda. ut est filius homi-  
 nis qui est in caelo; Rursus diuini-  
 tati nonnumquam uidentur adscripta  
 quae specialiter referuntur ad carnem.  
 ut est. si enim cognouissent numquam  
 dominum gloriae crucifixissent;

**Δ** Quare his quinque modis loquitur scrip-  
 turae de filio; **¶** Distincte quidem.  
 Ideo scriptura loquitur. In confusa eorum  
 proprietate ostendat. Communiter ideo  
 ut asserat unitatem. Aliter <sup>uo</sup> ut uerbo  
 humana diuinis & diuina humanis  
 ut utrumque unius personae indiuisumque  
 monstratur; **Δ** Quot modis solus  
 filius significare personam; **¶** Duobus  
 & ipse principaliter quidam significantur

Cum xp̄r d̄r absolute. Nā cum alii  
 xp̄i uocant̄. alii quidem dominatur.  
 ¶ est. xp̄s d̄ni. aut xp̄s m̄s. solus aū d̄s  
 naturalit̄ d̄i filius. xp̄s absolute d̄r.  
 Unde & hoc solus eō propriū decla  
 rat. Cū sequent̄ intellegit̄ p̄sona filii  
 & ex illis trib; quib; & pat̄ & ex ipso  
 patri uocabulo. & ex sp̄u sc̄o quia sp̄s  
 Ixvii d̄r patris & filii; **DE P̄SONA SP̄S SC̄I.**

**Δ** Quot modis significat̄ p̄sona sp̄s sc̄i;  
 ¶ principalit̄ uno ut legit̄. Itē docet̄  
 om̄s ḡntes baptizantes eos in nomi  
 ne patris & filii & sp̄s sc̄i; & iterū.  
 templū enī estis sp̄s sc̄i. Consequent̄  
 ū & gratiā quā ipse largit̄. quae &  
 ipse similit̄ sp̄s sc̄i d̄r. ut est sp̄s sc̄i sup  
 ueni & in te. & accipite sp̄m sc̄m. simi  
 lit̄ & ex his quib; diuina significat̄

essentia. u. operatio. u. ad creaturas  
collatio sic & de filio dixim'. sed & pa  
tris filiiq; psona spm scm significat.  
consequentē qe quicquid horū dicam'  
& iā psona sps scī aut cooperatricem.  
aut consubstantialē intellegimus

consequenter; **QUID HABENT CōMUNE**

**xviii) PROPRIŪ PERSONE TRINITATIS;**

**Q**uid habent propriū psonae singu  
lare trinitatis; **De** Quod pat̄ nūq̄

d̄r filius. nec coniunctis se monib;  
sp̄s sc̄s; **L**icet diuisae & sp̄s dici possit  
& sc̄s. nec filius pat̄ propriae dici  
potest. ā Coniunctatiue ut sp̄s sc̄s.

nec rur  
aut filii  
sus scō spūi patris  
nom̄ ad scribitur;

**Q**uae sunt  
his psonis cōmuna

**De** Om̄a quae ad significationē aut  
essentiae aut operationis aut ad

creaturas collationis pertinere nos  
 cunt. unde & constat trinitatem  
 unius esse substantiae; **Δ** Patris &  
 filii & sp̄s sc̄i uocabulis qui in his p̄  
 sonis significat̄; **✠** Non quod sunt.  
 nā quid sunt ut sup̄ dedō dixim̄ sermo  
 nem potest explicare; **PER Q̄T̄ SPECIES**

**DIUINITATIS OPERATIO DESIGNAT̄;**

**Δ** Per q̄t̄ species diuinitatis efficiētia  
 siue operatio designat̄. quā greci  
 energiam nuncupant; **✠** Quattuor  
 aut creationē aut pro uidentia circa  
 creaturas aut futurorum  
 circa praeparationes.  
 aut p̄paratorū exitu uel  
 euentum; **Δ** De operationem  
 pertinentia; **✠** Ut cum d̄r bonus  
 ex eo maxime q̄d quae non erant

ēē fec̄ ac fac̄. & sapiens eo qđ tam  
 mirabilē ab eo mirabilē cōsum' or  
 dinata: & fostis. eo qđ tam bene &  
 sapientē uoluit adimplere; **Δ** In dō

habe

essentia s̄. an uolun

tate;

**¶** Dī simplex ē

nō est

in eo aliud

essentia

quam

uoluntas

unde

& om̄a nomina

opera

tionis ei luc̄ X se

defini

tionib; deferant apud ipsū tam

nulla differentia. ū. diuersitas

inuenit̄. itaq; & essentia. ū. natura

fac̄. qđ ei nihil accedens ē. & tam̄ & iā

uoluntate. qđ nihil necessitate ef

fecit an̄ coactus. n̄ enī sic ignis

natura necessitate fabricant ceric

uel telas araneae. Ita & iā dī operat.  
 sed dī ideo natura. ū. essentia facere  
 dī. ne uoluntas in eo quasi aliud ali  
 quid demonstrat. & ideo uoluntate  
 q̄ nihil operari con pellit.  
 sed essentialit̄ uult  
 & uolun tate sub  
 sistit. **Δ** Da spe  
 cialit̄ ad creationē  
 p̄tī nentia; **¶** Vt  
 cū dī fector, artifex, crea  
 tor. & similia, quāuis dicat̄ & facere  
 prodisponere ut est fec̄ salutē in  
 medio trāe. sed tunc sc̄d sp̄ & iem, p  
 uidentiae dī; **Δ** Da quae ad puiden  
 tia specialit̄ p̄tī nentia; **¶** Vt cū dī ad  
 uitor p̄sciūs om̄p̄s & similia; **Δ** Da  
 ad comparationē p̄tī nentia futuroꝝ



165  
**¶** Ut cū dī uia & spes & refugiu & similia;

**Δ** Da aduentū p̄paratū p̄tinentia;

**¶** Ut cū dī exultatio gaudiū & cetera similia;

Omnia autē ad operationē p̄tinentia n̄ in hominib;  
tantū. sed & iā in uerbis & rationabilib;

similib; agnoscunt; **Δ** His tantū

modis diuina operatio declarat; **¶** Est

alius figuratus modus cū ex humanis

operatio diuina signat; **¶** Quomodo

fit; **¶** Duob; Cum an̄ quae ad animū

n̄m p̄tinet. figuratē dominat̄ in dō.

Est. furor & ira & anima & paenitentia.

An ea quae ad corp̄ ū p̄ corpus tracta

nt. Est. pedes manū digiti. Aliquando

enim & humane operationis transfe

runt̄ ad dīm. Ut cū dī. ad p̄hende asma &

scutū. omnia tñ haec p̄dictis uis speciebus

operationis p̄sententiarū qualitate

... iungenda sunt; **QUIB; EXCOLLA  
TIONE CREATURAS D<sup>S</sup> SIGNIFICAT;**

**Lxx.**

**Δ** Quotmodis ex collatione ad creaturas  
d<sup>s</sup> significat; **ꝫ** Duob; Confessione  
& negatione; Confessione quidem cū ea  
dominat de dō quae iuxta eundē mo dū  
nullae creaturae conueniunt. ut ē. sim  
plex & ubiustus dierū & om̄a & sp̄s. id est  
In circū scriptus & prim' & nouissimis  
& similia; Haec om̄a ideo de dō domi  
nat. q̄ nullae creature ei collatione  
cueniunt. p̄ negationē autē collatio fit  
cū p̄positione priuatiua ea in dō negan  
tur quae in creaturas. ut ē. ingēnitus in  
corporeus increatus incorruptibilis im  
mortalis impassibilis. & similia; **Δ** Quid  
ergo haec uerba numq; de creatura do  
minat; **ꝫ** Dominat quid est sed n̄ scā

167  
eandem rationem. Nam cum homo dicitur simplex  
non quia compositus non est. solius enim est esse  
essentia simpliciter. sed simplex homo dicitur  
quod non habet doli dupliciter sic & cum dicitur  
aliquid invisibile non quod a nullo in quantum  
est uideri potest. hoc enim solius dei est sed  
quia aliquos latet similiter & cetera;

**Δ** Quaedam sunt collatiua quaedam deo sic  
dominat. ut de creatura dici non possit;

**℞** Quaedam in eo summa & singularia ut in  
genitus sempiternus sine initio & si-

milia; **EXPT LIB. I. DE PSENTI Scto** lib. 29

**Cap. 1<sup>m</sup>** **SCRIPTURA SIGNIFICAT;**

**Q**uomodo **Q**uomodo satis dictum quot modis

de deo scriptura loquat. nunc sequo

de presenti scto loquens scriptura signifi-

cat; **℞** Quaedam quinq; aut generati-

onem ei id est creationem aut gubernationem

aut accedentia naturis aut euenien-  
tia uoluntatib; aut subsequencia uo-

luntatis euentu; **Q̄T̄MODIS ET DIFFE-**

**RENTIAS IN OPERATIONE CREATURARUM**

**Δ** Quot modis generatione sc̄ly scriptura **posuit**

**III.**  
significat; **III.** Trib; autem soladiuo-  
luntate factū aliquid scribit. ut ē. in  
principio f̄c̄ d̄s caelū & trā. aut uolun-  
tate simul & uoce p̄ceptiua. ut ē. fiat lux  
& fiat firmam̄ tum. siue deliberatiua.  
ut est. faciam hominē ad imaginē & si-  
militudinē nr̄am. aut uoluntate uoce  
ad definitione. ut ē. Crescite & mul-  
tiplicamini & replete trā. **Et ceterū;**  
C̄m̄ n̄ & trā herbā pabul; ferentē sem̄  
sc̄d̄ gen' & lignū fructiferū faciens fruc-  
tū cui sem̄ ipsius in eo ad similitudinē in-  
tra & cetera; Quae p̄ septimū diē usq; in

169

finē scilicet p̄ p̄aster operat̄. ex illa enī dif-  
finitione p̄ueniunt; **Δ** Ē in his trib;  
aliqua differentia; **ꝫ** Est. q̄ ea que sola  
uoluntate t̄xiā uocesunt facta nouit̄.  
facta. quas ū diffinitione illis iam simi-  
lia que facta nouit̄ dixim⁹ & rursus.  
illa quidē in sex primis dieb; . habet ū do-  
nec solum statuit; **Δ** Da ordinē p̄ sex dies nō  
factarū rerum; **ꝫ** In ipso quidē principio  
conditionis factas̄ cælū & t̄rā angel;  
& aqua; **Δ** Comproba angelos & aquas  
& aerem factū; **ꝫ** Factū quidē ex aliis  
scripturalocis ostendit̄. **ꝫ** q̄. qui fac̄ an-  
gelos suos sp̄s & ministros suos ignē  
urentē; & laudate eū om̄s angel;. &  
aqua que sup̄ caelos. laudent̄ nom̄ dñi.  
qm̄ ipse dix̄ & factas̄ ipse mandauit &  
creata. & aer in scripturis caeli nome

ostendit. Iest uolucres caeli cum cer-  
 tum sit aues in aere uolare caelum osten-  
 dim<sup>us</sup> factum. quod ues<sup>o</sup> p<sup>re</sup>cesserint istas ceteras  
 Creaturas in angelis & scriptu<sup>re</sup> demon-  
 strat. dum in laudibus; & benedictionibus;  
 creaturis ceteris p<sup>ro</sup>ponunt & ratio;  
 Oportuit enim ut terrena caelestis crea-  
 tura p<sup>re</sup>cederet; Dea quis u<sup>el</sup> ipsa scrip-  
 tura dicit; Quod sp<sup>iritu</sup>s d<sup>omi</sup>n<sup>i</sup> ferebat supra aquas;  
 nō **Δ** Sequere ordinē generationis; **✠** In prin-  
 cipio d<sup>i</sup> prima lux facta ē. secunda u<sup>el</sup>  
 die firmamentum. tertio modo & terra  
 nascentia. quarta luminaria caeli.  
 quinta natantia & uolatilia. sexta  
 reliqua animalia & homo; **Δ** Quae  
 ē in ipsarū creaturarū operatio dis-  
 tincta; **✠** Qd̄ quaedā ex nihilo facta  
 sunt ut caelum t<sup>er</sup>ra & cetera quae usq;

ad complētū diē primū dixim; Facta  
 quaedāū & iam factis primo die. **Δ** Na  
 horū pbationes; **ⲓⲥ** Quia quoties scrip  
 tura & aliqua facta res cupit ostendere  
 aut palā significat. **ⲓ** est. pducatur &  
 pducant aquae & similia. aut <sup>est</sup>  
 ex subtili significatione  
 uerboꝝ. **ⲓ** cū diē. firmam  
 tum utiq; significat fuis  
 se fluidū a liquidū. id est  
 aquas quae ut soliditate ostenderent.  
 firmam tum uocatū ē qd̄ fiebat. & rur  
 sus. luminaria diriuatiuae appellauit.  
 Quae quāsto die facta sūt lumine. primo  
 die operato facta monstrat. In his autē  
 quae primo die facta sūt neq; apte neq;  
 subtili uerbo factū aliquid declarat  
 & altero. nihil ergo p̄ primū diē ostendit

non existentibus; factum. **A** Solus homi-  
nis anima In quo & hoc ad tenendum est;

**¶** Quia cum alia aut ex nihilo aut ex iam  
factis facta sint. solus homo & utraq;  
componitur; **A** Quas alias differentias

creaturas adscribimus; **¶** Quid

ea quae primis sex diebus fac-

tae. non naturaliter neque

ex similitudine puenerunt;

Reliqua uero quaefiunt natu-

raliter ex diuina diffinitione nascuntur

no ex ceptis scilicet miraculis; **A** Datur <sup>tertia</sup> testia

differentia; **¶** Quid creaturarum aliquae

idem rationalis propter seipsum. ut angeli & ho-

mines. Reliqua uero non propter se. sed propter

dictos angelos & homines facta nascuntur.

homo uero principaliter secundum animam propter se in-

tellegendus est factus. nam secundum animam



consequent; **Δ** Quid autē p̄ter homines  
 & angelos aliae creature seipsis inuicē  
 non egebant; **☩** Egebant quidem  
 non ad utilitatē sed ad ordinatum <sup>ornatum</sup> utilia  
 enī non sibi. sed angelis & hominib; s̄t;  
 Pro quib; & iā falte noscunt. ornatum ū  
 & iā inuicē p̄stant. quippe & caelū  
 in ornatum sine caelestib; luminarib;  
 fuit. & luminaria ipsa ne supflua  
 facta eēt uidentiu oculis indigebat.  
 & mare in ornatum donec aut locū suū  
 reciperet aut animalib; impleret  
 & tra in composita p̄ter habitantiū  
 & nascentium usum & in rationalia  
 animalia sine homines regimine in  
 epte & erbe absente animalium usis  
 supflue ita om̄a eger̄ inuicē th̄is que p̄  
 dies sex factas. th̄is que cotidie fiunt sed utiā  
 [dixim]

aliud est in compositum. aliud utile in compositum. aliud quod pro se utile altari declarat.

no

**Δ** In os namto ipso aliqua est differentia;

**⦿** Est haec aliqua in sex diebus; os nata sunt caelum  
luminaribus; & terra herbis & piscibus mare.

quaedam donec mundus uiuit os namt. ut

mare nauigium & terra aedificus & caeterisq;

humano construunt ingenio. & homo

ipsa scientia quaedam uel decorum suum

In futuro recipient uel corpus in corrupti

one & mortalia in immortalitate & caeleste

regnum habitationem sanctorum; notandum autem

In os namtis quae eorum quae et ingenio uel

artibus; fiunt in omnibus; causa est. reli

quorum uel in deo; **Δ** Da quaestam differen

tiam; **⦿** Quaedam simul & uelut

subito create emerferunt. Ita quae primis

diebus diximus facta. id est herbas & lumina

ra natantia ac uolatilia nec non terra  
 animalia & quadrupedia. quedam non  
 simul. sed uelut cum quadam mora ut  
 mare. terra homo. & ipse enim pau  
 latim factus scribit sic & cetera; **Δ** Da  
 quintam differentiam; **☩** Quidam quedam  
 eorum ratione ceteris presunt. ut rationa  
 lia. quedam uero usui habentur ut caelestia  
 luminaria. quaedam naturae neces  
 sitate obsequuntur ut aues ut quadru  
 pedis & similia; **Δ** Da sextam differen  
 tiam; **☩** Quidam ea quae ceteris presunt. id est.  
 rationalia uoluntate ac ratione  
 mouentur. quae uero usu aut necessitate ob  
 sequuntur. natura mouentur; **Δ** Eaque  
 ex aliquo factae. quae materia habentur;  
**☩** Sex. terra. aquas. aerem. ignem. lumina. coelestia;  
**Δ** Da <sup>in</sup> singulis origines suas; **☩** Ex terra

uidentia plantaria & animalia, ex  
 aquis firmantur. mare natantia  
 ac uolatilia simul autem extra aquis igne  
 & aere omniaque percussione renouantur  
 ex lumine luminaria. ex costa eua;

**Δ** Ignis quomodo probatur factus. aut unde  
 et quando; **✠** Factum quidem & ex ge-  
 nerali scriptura possumus adprobare cum  
 dicitur deo qui fecit caelum & terram mare & omnia  
 quae in eis sunt; Quotique & iam ignis in eis  
 est ex specialibus professionibus, Laudate dominum  
 de terra dracones & omnes abyssi. ignis  
 grando nix glacies spiritus pcellarum. De quibus  
 antedixerat. quoniam ipse dixit & factus ipse  
 mandauit & creatus. Et rursum. Benedi-  
 cite opera domini dominum. & subiunxit. Benedi-  
 cite ignis & aestus domini. Utrum uero ex nihilo  
 sit & alia factus sit an ex alio dubitat.

plures enim uolunt caelestia lumina  
ria esse particula. quippe & iam nunc frequen  
ter uidimus homines cetero modo igne ex solis  
radix motuari; Quid sit autem primordie fac  
tus esse sapientius hoc scriptura lumina quam  
ignem uocauit. Item meliore usu nom acci  
peret.

**A** De sapientia creaturae differen  
tiam; **H** Quot omnia quae ex aliquo facta

sunt corporata. Incorporea autem neque ipsa  
ex aliquo. neque ex ipsis facta aliqua. haec  
autem incorporea accipienda sunt. Non sic deus in

corporeus. et enim in comparatione nihil in  
corporeum est. sic nec in mortale. nec in ui  
sibile; Alius enim modus est quo haec uerba

soli diuinitati conueniunt. Alius quod de  
Creaturis loquitur sic animabus; & angelis;

**A** Quomodo sex diebus; deus deus operatus est. & sep  
timodie requieuit & sic faciens aliquid

laborat ut necessaria ei requies cre-  
 dat. Nō & aliquando cessat. Dñō in euange-  
 lio dicente. pat̄ m̄ usq; modo operat̄  
 & ego operor. **¶** Septimo die requieuisse  
 dñ̄ dñ̄. non a creando quippe cum cotidie  
 ex eī dispensatione ac p̄uidētia omnis  
 creatura renouetur aut constet. sed hoc sig-  
 nificatum ē qđ p̄ illos sex dies nullā mundo  
 incognitā substantiā speciem aut naturā  
 nouā inexpectatq; creauerit; **Δ** Quomodo  
 dñ̄ mundū fecerit possum' adquirere; **¶** Nō  
 temerari magis quā caute requirit. Nullus  
 enī diuinę creature modū hominilicū agnos-  
 cese. Nā si sciret quis quomodo ex nihilo ali-  
 qua factas creatori utiq; scientia ac poten-  
 tia par fuisset. **DE HIS QUAE AD QU**

**¶** BERNATIONE MUNDI PERTINENT

**Δ** Qm̄ declarationē mundi tractatum est

O

P

con p̄sentē restat ut queram' gubnatio  
 eius quot modis significat; **¶** Duob;  
 autem generalis ē aut specialis; **Δ** Que  
 est generalis; **¶** Per quē ea quae facta s̄  
 sc̄t modū quae facta s̄ p̄manent qd̄  
 significat cū dictū ē d̄. uidit d̄s quia  
 bonū & q̄ bona ualde & benedix̄ ea. qd̄  
 & beatus d̄ ostendit dic̄s. Ip̄e dix̄ & fac  
 ta s̄ ip̄e mandauit & creata s̄. statuit ea  
 in a d̄ s̄ n̄ & in s̄ctm̄ s̄cti. p̄ceptū posuit &  
 non p̄teribit; **Δ** Quae ē gubnatio spe  
 cialis; **¶** P̄ quā singula & maxime rati  
 onalia gubnant ad d̄o sic p̄ceptam  
 in paradys̄o de ligno. sic enī omnis crea  
 tura diuina continē uisus ut maneat.  
 Ita & iam rationalis diuersis occasi  
 onib; erudit ut proficiat; **Q̄T MODIS**

**FIAT GENERALIS CYBERNATIO**

1000 **A** **G**eneralis gubernatio in quot speciebus  
 diuidit; **I**nduas autem in successione  
 constat. an statu. successione ut homines  
 nec tumida ceteraq; morte  
 corruptione penitentia renascentur  
 similitudine renouantur.

**S**tatu autem ut ea quae his passionibus non  
 subiaccunt mundanis motibus; subsequuntur.  
 ut caelum. sol. stellae. & ceterae;

**Q**uae in eis alia differentia est. **Q**uae  
 ea quae renouatione saluantur. indigent  
 & iam quibus diuini remedii. id est escae.  
 alimentis & pluuibus. nonnunquam & mi-  
 nisteris angelorum ceterisque similibus.

**E**ae uero quae in processionibus subsistunt sine  
 aliqua tali meditatione diuinitatis gu-  
 bernant. utrum uero & in ipsis per angelos



ministerium aliquid agat secreta & dif-

**v.** ficilis questio est; **QUIB; FIAT GUBERNATIO**

**SPECIALIS**

**S**pecialis gubernatio quomodo fit; **DE** Tribus.

aut enim ad deum fit per angelos & homines; aut

ab angelis pro seipso & homines aut ab

homines; pro se; **Ad** deum per angelos & ho-

minibus quomodo fit; **DE** per legisationem;

**vi.** **DE** LEGIS **LATIONE** ET **DIFFERENTIA**

**AL**egislatio in quatuor partes dividitur. **EIUS,**

**DE** Induas. in naturalē discretionē & in lege

extrinsecus positā; **Ad** Proba naturalē discre-

tionē & in legē dici; **DE** Dicāptis. quę gentes que

legē nō habent. naturalit̄ quę legis s̄ fa-

ciunt. hę legē nō habentes ipsi sibi s̄ lex

sed hanc. & cain reuserat fratri suo occiso;

**Ad** Extrinsecus constituta <sup>lex.</sup> in quatuor partes dividitur;

**DE** Induas. in opera. id est actuū & distributionē

& uerba; **DE** LEGIS PER OPERA.

**A** No opera p q̄t modis; **De** P̄ uiii. aut p̄ gene  
 rale p̄ sente r̄tributionē. Iē fructuū. ae  
 rūq; p̄ uentus aut p̄ speciale p̄ sente r̄tribu  
 tionē. Iē. abrahā in peregrinis ditat̄ noe.  
 saluatus in diluuiō. An p̄ generalē uisibile  
 poenā. Iē fam̄s generalis seu siccatas. An p̄  
 speciale ut cain. t̄ saul pena. **Haec enī**  
 om̄a ad modū legis ange los atq; hom̄  
 nes erudiunt. quippe & angelos diaboli  
 ruina p̄ truit atq; fismauit. **h̄c & creden**  
 dū sit alio modo angelos. alia homines  
 erudit; **Δ** Quae ē totius legis lationis  
 intentio; **De** Indescriptione boni ac mali  
 quae in doctrina. idē fide t̄ in altib; cognos  
 cunt; **Δ** Quare penas & p̄mia p̄ sentia  
 dixim; **De** Quip̄sas quae ad inuicē legis eru  
 diunt. Nā futura a d̄na nec p̄nitentib; nec  
 uidentib; proder̄. ubi iā penitentiē n̄ erit  
 tempus;

**Δ** Haec gubernatio per quos ministeria scripturis legit facta; **✠** Numquam deus per se ipsum ut adae precepta in ligno. Numquam per angelos testante per apto. quasi per angelos loquutus festino factus est firmi. & rursus. per hinc tua <sup>119</sup> aegypti angelus manu dicunt extincta aut per homines sic per prophetas aut per bestias. sic per serpentes in heremo atque similia. & per hoc enim uelut cum quanda substantiali ac materialis lege amalis prohibet per quod ingerunt & ad bona quorum retributione morat in pelle; **DE LECE PROVERBA**

**Δ** Lex in uerbis constituta in quatuor partes diuiditur; **✠** Induas; aut enim immotabile aliquid preceptum aut temporale; **Δ** Quae sunt in motabiliu genera; **✠** Duo; dilectio dei & dilectio proximi; **Δ** Temporalia precepta in quatuor partes diuidunt; **✠** Induas; aut enim diu seruatae ut circumcisio. an paruo tempore ut manne preceptio; **Δ** Quae alia elegerunt

differentia; **¶** Quod aut aliquid precipiunt ut  
 honora patrem tuum. aliquid uideant. ut non oc-  
 cides non modo haberis; **Δ** Date testium differen-  
 tia; **¶** Quod alia sunt per se utilia. alia per illa neces-  
 saria; **Δ** Quod sunt per se utilia; **¶** De proximoque dilectio;  
**Δ** Quod sunt per alia necessaria; **¶** Ut non occides. ho-  
 micidio enim dilectio frater expellit. & observa-  
 tio sabhati. In enim observatione commemora-  
 tio est quidam de operatione creaturarum in  
 qua celebrata est. & conditio huius dilectio signi-  
 ficabat; **Δ** De qua ista differentia; **¶** Quod que-  
 dam precepta uelut corporalia erant & de anima  
 lib; mundis & in mundis ac lepra & similib;  
 quedam spiritalia. In eo dicitur frater tuum  
 in corde tuo; **Δ** De quinta differentia;  
**¶** Quod quedam sunt ueteris testamenti specialiter precepta  
 & de ueteribus quedam specialiter noui. ut sic  
 orabitur. pater noster qui es in caelis. quedam utriusque;

Comuna ut diliges dnm dnm tuu; **Δ** Da sexta  
differentia; **☩** Qd aliqua pcepta sic sonant in  
tellegunt. Itē. nō occides. nō mo & haberis. aliq  
xū non ut sonant sic ē. Cū feceris aelymosinā  
nesciat sinistratua quid faciat dexteratua;

**Δ** Da septimā differentia; **☩** Qd aliquoz trans  
gressio pceptoz poene ponit. Itē. oculū poculo.  
dentē pdente. Aliquoz poenā nhab. ut  
panē sacerdotalē comedere ab eo qd sacerdos  
nerat. Alioz ū & iā laudabilis transgressio ē.  
Itē. si reddidi rētributib; mihi mala. Lex  
enī tunc iubebat malis mala restitui. In  
uentū ergo contēptus legis ē laudabilis;

**Δ** Da octauā differentia; **☩** Qd aliqua pcepta  
ad finē ptinet aliqua ad mores quoz sub

viii diuisio admodū plixā cognoscat; **DE ANGELICA**

**Δ** Angeloz pp seipos & homines **CUBERNATIONE**  
gubnatio quomodo fit; **☩** Palā quidem

scripture n̄ legit. Tñ cū in eadī cant̄ eē  
 angeloz gradus & ordines. <sup>atq;</sup> discursus pp  
 humanā uitā ut ptobia & daniel. & alus  
 sine dubio significat qđ in iuncta sibi in  
 mundo negotia gubnet. p quib; & sibi  
 consolunt dū oboediunt creatori & homi-  
 nib; dū eoz dispensatione pspiciunt;

**De humana gubernatione p homines.**

**Δ** Hominū pp seipfos gubernatio qđ modo dicitur;

**ꝛ** Trib; autem pro re publica quis hominū  
 satagit ut rex. an p modo ut pat̄ familias.  
 aut p seipfos ut qlib; & monach; t̄ egus;

**Δ** Nullis aliis creaturis conuenit gubna-  
 tio; **ꝛ** Omnib; qđem conuenit. Cunctis  
 enī scđ suā naturā uelut prudentiā quandā  
 creator indulgit. sic legit. uolui collegere  
 filios tuos sic gallina pullos suos. & similia  
 sed neq; intentio scriptura ē. de inratio

nabilib; subtilit̄ edocere. neq; in ea p̄fici  
entium ē. Desideriū in his querendis temp̄

xi. adterre;

DE HUMANA CU B̄NATIONE PHO

Δ Qm̄ de quib; natione mundi satis dictū **MINES**,

ē quæ naturis accidentia; ☩ Diuine quidē

nature nihil accidit. Cū enī sit in cōphen  
sibilis & semper eod̄ modo se habens n̄ recipit

accidentium diuersitatē; Δ Quæ eeste

accidunt creatur; ☩ Stare ut t̄re. &

sc̄a scripturā. Caelo moueri ut ignis & aquis.

ceterisq; nascentib;. deinde temp̄ locis

numeris. om̄a enī & aliquando coeper̄.

& alio ubi. & unū t̄ plura. it̄ accidunt

generari corrūpi sanitas egritudo forma

p̄stitio astium disciplinarūq; capacitas.

it̄ crescere nutrir̄. sentir̄. uidere mori

int̄ se defesse & eō contrarias. Insuperdo

consequio coherencia. hisq; similia

atq; contraria nō detam̄ singulis uniuersa;

**lxii. DE ACCIDENTIB; NATURALI,**

**Δ** Qm̄ satis dictū ē accidentib; naturalium  
dicendū. nunc de accidentib; uolun-  
tati quid est uoluntas; **¶** Vis animi in  
uiolata siue spontanea scd̄ quā diuersē  
atq; contrariē cognitionis efficiunt & ope-  
ra naturalis ē in nob̄ ista uisus an̄ spon-  
tanea. naturalis ē in nob̄ boni maliq;  
cōmunis disc̄ & o; Spontaneus aut̄ motus  
in his quae iā disc̄ & a exsequenda s̄. ipsū  
lex quidem erudit. Gratia aut̄ p̄parat  
adiuuat corroborat & coronat. **DE CON**

**lxiii. SEQUENTIB; EUENŪ UOLUNTATIS;**

**Δ** Quae s̄ consequentib; uoluntatis euentu.  
**¶** Quattuor quaedā in hac enī uita ut bo-  
na bonis. & mala malis eueniunt. ut abra-  
hae prosperitas. & cum poena aut con-



tra bonam alis & malabonis. ut diues  
 in euangelio usq; ad moſtē felix descri  
 bit. & contra lazarus ulcerib; atq; eges  
 tate torquatur. aut ceste neq; his neq; illis  
 utralib; & r&ributio. ut pro ioseph uen  
 dito. nulla ultio fratrib; in rogat. n&  
 socer moysi pro regendo ppto consiliū  
 dans. lic& laudatur. dō aliqua mercede  
 disponit; **Δ** Quas hui' diuersitatis dicim'  
 causas; **⊕** Aliquib; hic congrua repen  
 dunt nemundus n̄ putet puidencia  
 diuina regis sed casib; <sup>simul.</sup> ut & bonis bonoz  
 consolatur. & malos similiū poena de  
 treat. at ū malis felicitas pmittit. ut bon;  
 pbent. & discant ea contēnere euident  
 quae indignis secū eē cōmunia; Bonis  
 aū eque accedunt mala aut utriq; gene  
 ri nulla hic conpensationis imago concedet.

italibi & iudiciū & plenā partib; r&n  
butionē certissime possum cognoscere;

